



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super  
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**


Paradisus, Cen[t]rum nostri cordis. Gradus 5.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

*Lignum vite cum duodecim fructibus.*

*Afferens fructus duodecim.* Hæc arbor in sententia  
 stico & spiritali significat Christum, beatificandi  
 eorum objectum : & duodecim fructus significat  
 duodecim dona & perfectiones, quas eis commu-  
 car. Primus fructus est lumen gloriæ : ultimus  
 pax, quæ est quietatio consummata Beatorum in Deo.  
 Septem alij sequentes sunt tres dotes animæ & quatuor  
 dotes corporis : tres ultimi sunt primò visio Human-  
 itatis Christi, ejusque sanctissimæ Matris : secundo  
 Beatorum societas ; tertio visio loci materialis parati  
 cum Mundo renovato.

S. Thom.



## PARADISUS,

*Centrum nostri cordis.**Centrum nostri cordis, in statu beato.*

**A** Nima ab immenso Divinæ pulchritudinis  
 Asorpta pelago, totaque vastissimæ infinitæque  
 Divini luminis immerfa abyssu, cogitationumque  
 scopum, actionumque finem alium habere nequit,  
 quàm puram gloriàm & solum beneplacitum Dei.  
 Etenim Beatus videndo Deum simul judicat Deum  
 esse summum bonum, & ultimam finem : unde pl-

Deo, tanquam summo Bono consecrat cor in amore,  
& tanquam ultimo fini dedicat manum in opera-  
tionibus;

## XXXVII.

*Centrum nostri cordis, in statu via-  
torum.*

Idem Deus, summum bonum & ultimus finis, qui est  
objectum Gloriæ comparatione Beatorum, est obje-  
ctum Fidei respectu nostri. Ergo quemadmodum  
Beatus amat Deum, ut summum bonum, operaturque  
propter Deum ut ultimum finem; ita & nos. Unde  
Deus erit centrum cordis humani & in patria, & in via:  
& in claritate Gloriæ, & in obscuritate Fidei: & si amor  
insequitur bonum, considera, an sit majus aliquod bo-  
num infinito & summo Bono.

## XXXVIII.

*Centrum nostri cordis, in Cruce & tri-  
bulationibus.*

Præterquam quod amemus Deum, ac propter eum  
operemur, debemus quoque pati & qualvis sustinere  
penas propter Deum nostrum: in quo sanctam  
quandam invidiam certo quodam modo attribuimus  
beatis animabus in cælo existentibus. Idque, secun-  
dum Originem, ultimam adhibet manum nostræ per-  
fectioni, quando non operando duntaxat, verum  
etiam patièdo Deo damus gloriam: *Anima sancta  
plena est gloria Dei, cum omne, quod agit & patitur,  
refert ad gloriam Dei.* Cum quo anima ad perfectam  
concedit imitationem Dei sui, qui, præterquam quod  
pro nobis operatus fuerit, *factus est obediens  
usque ad mortem, mortem autem  
Crucis.*

## XXXIX.

*Centrum nostri cordis, in firmitate & stabilitate status.*

Quemadmodum lapis centro suo inhaeret immobilitate, quia in ultimo motus sui termino constitutus: ita anima immobilis efficitur in Deo, quia in Deo omnium desideriorum suorum habet finem. Hec dicebat D. Augustinus: *Cor humanum in desiderio aternitatis non fixum, & Deo non iunxum, habere esse non potest.* Quapropter, subdit S. Bernardus: *In uno aternitatis desiderio immobiliter quiescere semoveamusque à nobis quodeunque aliud desiderium.*

S. Aug.  
S. Bern.

XL.

*Centrum nostri cordis propter perfectam unionem cum Deo.*

Deus in gloria propriè Beati centrum est. Est enim verò sicut res quaedam gravis, à centro separata non est *in centro*, sed *ad centrum*: & tunc in centro esse dicitur, quando perfecta & immediata coniungitur unione: ita anima, quamdiu profectus agit vitam, propriè est *ad Deum*, quia est in itinere tendendi ad Deum medio desiderij motu: at in futura vita, cum cesset expleaturque quodeunque desiderium, sicut non erit amplius in via: ita erit *in termino*, & in proprio centro Summi Boni.

